

The book cover features a highly detailed woodcut border. At the top, a winged figure (angel) is shown in profile, holding a scroll. To its right, a bearded man's face is depicted. Further right, a child-like figure is shown in a dynamic, almost dancing pose. The right side of the border is dominated by a large, muscular figure, possibly a soldier or a saint, wearing a crown and holding a staff or scepter. The bottom of the border shows a figure in a long, flowing robe, possibly a scholar or a saint, looking upwards. The entire border is filled with intricate scrollwork, leaves, and floral motifs.

ANGE

LI POLITIANI MI
SCELLANEO-
RVM CENTV
RIA VNA.

IN INCLYTA
BASILEA.

loquentē inducens, eiq; respondentem quēpiam, qui se profiteatur emptorē. Considera igitur ita, Est ne tibi filius? Quorsum istud? Si forte, illū iuxta fluuū errabundum Crocodilus inueniat, rapiatq; dein redditurū polliceatur cū uerū dixeris, utrū reddēdus ei uideatur nec ne. Quid eum sentire dices? Rem sanè perplexā interrogas. Ex his ut arbitror, liquet etiā Crocodiliten sicuti supra ceratinen, sophismatos esse parū explicabilis speciē, quo dialectici ueteres, potissimūq; Stoici uterentur. Quod genus eleganter Quintilianus exquisitas ambiguitates appellauit.

Exquisite
ambiguitates.

CVR GEMINO CORNV MAR=
tialis dixerit in spectaculis, ubi de Rhino
cerote, deq; tauris Aethiopicis.

CAPVT LVI.

Mart. lo=
cus.

Martialis epigrāma est in spectaculis, de Rhinocerate, cuius extremi uersus hi sunt.
Nanq; grauē cornu gemino sic extulit urfū
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

Domitius ita enarrat. Gemino, inquit, cornu forti, & uehementi. Vergilius. Gemino dentalia dorso. Vel quoniam Rhinoceros habet duo cornua, ut apud Pausaniā solū legi, quorum alterum in signi magnitudine ex na=

ribus extat, alterum superne erumpit, exiguum, sed uali
dissimū. Fatetur sanè Domitius apud unū se Pausaniā
legisse Rhinocerotem duo habere cornua. Quid aut̃
Plinium, quid Solinum, quid alios credimus unū Rhi-
noceroti cornu tribuentis dūtaxat? an uidelicet igno-
rasse omnis, quod solus animaduertit Pausanias?
Quid porrò Septimio Forenti Tertulliano respōdebi-
mus Christianorum omnium, quorum quidem Latine ni laus.
opera extent, ut antiquissimo, sic ausim dicere in omni
penè literatura diligentissimo, qui libro aduersus Pra-
xeam tertio, uerba illa enarrans de uetere instrumēto
Tauri decor eius. Cornua unicornis, cornua eius, in
eis nationes uentilabit ad summū usq; terræ. Non utiq;
inquit, Rhinoceros destinabatur unicornis, nec Mino Rhinocē-
taurus bicornis, & quæ sequuntur. Caterū de eo Pau ros.
sania in Bœoticis meminit, neq; aut̃ omnino Rhinocē-
rotas duo habere cornua, nā hoc manifesto refelli pote Tauri ethi-
rat, sed tauros dicit esse in Aethiopia, qui rhinocerotes opici
uocētur. ὅτι σφίσι μ' ἐπ' ἄκρα τῆ ῥινί, Sic enim illius
uerba sunt, ἡν' ἐκασὼ κέρασ κηλ' ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ εὐ-
μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδ' ἄρχῆ μ' κέρατ' ἄξι μ'
Quoniā, inq̃t, illis in summa nare singulis unicū cor-
nu, tū aliud supra nō magnū, uerū in capite, ne initio
quidē cornua. Nō igitur Pausanias aut insigni magni
dine alterū cornu, aut alterū ait esse ualidissimū, qd' ob

LIBER

id eminiscitur fortasse Domitius, ut his facilius ursus extolleretur. Neque autem de Rhinocerote ipso sentit Pausanias, sed ut diximus de aethiopico tauro, qui similitudine quapiam et ipse Rhinoceros à quibusdam uocabatur. Quare nos ita putamus exponendum Martiale, ut ursum uidelicet à Rhinocerote cornu illo unico elatum, eiectatumq; sentiat, grauem gemino cornu hoc est grauem tauro futurum, cui sunt cornua gemina, ut cornu sit datiu non ablatiu casus. Nam cū tauri pilas cornibus ad astra euentilent, extollere ursum tamen non poterant grauem gemino cornu, proptereaq; eum mirabilius quamlibet uno cornu Rhinoceros extulit.

QVAE SINT APVD SVETONIVM
Tetraones, correctumq; erratū
Plinianis exemplaribus.

CAPVT LVII.

Tetraones. Tetraones in Caligula Suetoni, quae sint aues, omnino ignoratur. Verba ipsius haec. Hostiae erāt phoenicopteri, pauones, tetraones Namidicae, meleagrides, phasianaeque generatim per singulos dies immolarētur. Ceterū inuētū res erat haud difficilis, nisi Plinianos inemēdatissimos haberemus codi-

Plin. locus.

res. Nam qd' apud illū legimus libro x. *historiæ natu- Erythro-*
ralis, ubi de anseribus agit, Decet Erythrotaonas suos taones.
 nitor, absolutaq; nigritia. Hoc in illo uetustissimo Plu-
 niano exēplari, de Med. cæ gētis bibliotheca publica,
 penè legitur emēdate, uidelicet una tantū cōmutata li-
 tera, qualia multa in uetustis omnibus uoluminibus in-
 terpolata uocabula. Nā cū ipsa quoq; mēdosissima ple-
 risq; sint locis, uestigia tamen adhuc seruant haud ob-
 scura uerè indagāde lectionis, quæ de nouis codicibus
 ab improbis librarijs prorsus obliterātur. In eo igitur
 sic est. Decet et traonas, ut si ordinē duarū primariū
 literarū inter se cōmutes, tetraonas dissultet. quare ita
 apud illū Politiano autore legas. Decet tetraonas suos
 nitor, absolutaq; nigritia. In supercilijs cocci rubor.

Alterum eorum genus uulturum magnitudinem
 excedit. Quorum et colorem reddit, nec ulla
 auis excepto Struthocamelo, maius cor-
 pore implens pondus, in tantum au-
 sta, ut in terra quoque immobi-
 lis prehendatur. Gignunt
 eas alpes, et septentrio-
 nalis regio. Hacten-
 us ille de te-
 traoni-
 bus.

Struthoca-
 melus.

L v